



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Medvlla Theologiæ Moralis

Busenbaum, Hermann

Monasterii Westphaliæ

Dub. III. Quomodo incurratur, & tollatur irregularitas?

urn:nbn:de:hbz:466:1-40957

DUBIUM III.

Quomodo incurratur & tollatur Irregularitas?

Resp. I. Cum ab homine non feratur, nulla incurritur, nisi in jure expresse habeatur, (*Cap. Is qui de sent. excom. in 6.*) Unde in dubio sive facti, sive juris, tenere potes, quod non sis irregularis: quia melior est conditio possidentis, *Bon. q. 1. p. 5. ex Suar. Fill. & c.* Excipe tamen si dubites de homicidio saltem injusto à te commisso, ut patet ex *Cap. Significasti, & ex C. ad audientiam. 2. de homicidio v. Bon. l. c.*

Resp. II. Ut incurratur Irregularitas ex delicto, requiritur actus externus consummatus & moralis; ut habet communis contra *Cajer.* Ratio, quia est gravis poena, & difficulter relaxatur.

Resp. III. Irregularitas non tollitur per absolutionem, sed per dispensationem, hac vel simili forma. *Dispensato tecum in irregularitate, quam, vel quas, ob hanc vel illam causam incurristi.* Et si quidem dispensans intendat tollere omnes, idque possit, omnes tollit, sin minus, eam tantum tollit, quam potest, & vult. Etsi verò hæc dispensatio ad Pontificem spectet, ex jure tamen novo *Tridentini;* ubi illud est receptum, potest Episcopus dispensare in irregularitatibus, provenientius ex delicto, & non deducto ad forum contentiosum; nisi tamen sit homicidium, directè & in se volitum, *Bon. q. 5. p. 1. n. 3. ex Trid. sess. 24. c. 6. Suar. Sanch. Fill. & c. Laym. cap. 9. n. 4.*

Præterea irregularitas ex defectu natalium, tolli etiam potest per professionem in religione approbata, sed quoad ordines tantum, non quoad Prælaturas, *cap. 1. de filiis Presbyterorum. Bon part. 2. Laym. c. 9 n 6. Suar. Sanch. Less. contra Villalob. qui apud Dian. p. 4. t. 2. R. 65. dicit, tolli quoad omnia solita gubernari per Fratres illius Ordinis, ut Prioratus, Præposituras, Rectoratus, & cætera munia. Circa quæ Prælatos saltem posse cum iis dispensare, in Capitulo tamen generali vel Provinciali, notat Dian. l. c. ex Barbof. Vnde resolves.*

I. Solus Papa, & qui ab eo accepit Privilegium, potest dispensare in irregularitatibus ex defectu.

II. Confessarius in nullis irregularitatibus potest dispensare, nisi habeat speciale Privilegium à Papa.

DUBIUM IV.

Quæ sint Irregularitates ex delicto?

Resp. Prima est, ob iteratum Baptisum senio & scienter, estque irregularis tam rebaptizans, quam rebaptizatus: etsi in rebaptizante irregularitas tantum sit partialis, ne Clericus ad altiore[m] ordinem possit ascendere, neque incuratur si rebaptizatio sit occulta. *Co. v. Tolet. M. Leo. p. 3. f. 358. v. Bon. d. 7. q. 3 p. 3. Laym. l. 1 t. 5. p. 5 c. 2.*

Secunda, ex violatione censuræ, v. g. si ea innotatus actum aliquem ordinis solemniter exerceat, nisi invincibilis ignorantia excuset. *Laym. c. 3.*